

68.

1310, *Aprile 21.**Spesi del Bailo Pancrazio nell'Armenia.*

Item. Cum Ser Pangratius Justiniano olim Baiulus Armenie expenderit deremos DC, in faciendo sicut dicit, aptari lobiam vestram de inde, et in emendo quandam domum pro Comuni nostro prope ipsam lobiam, et expenderit ectiam circa deremos DCC. emendo pro Comuni domum que fuit Ser Marini Signolo, que multo plus valet, et deremos CCC. pro privilegio novo facto per Dmm Regem Armenie et pro aliis expensis; pro quibus omnibus petit satisfactionem a Comuni; Capta fuit pars, quod predicti denarii et expense satisfiant ipsi Dmo Pangratio, per nostrum Comune ad convenientem pressam. [Presbiter, 17 tº].

69.

1310, *Maggio 13.**Si sollecita la partenza del Bailo Pancrazio.*

Quod per ea que lata sunt de consilijs, et per ea que dixerunt Officiales Rationis de extra, quomodo Dms Pangratius Justiniano olim Baiulus Armenie solicitaverit penes eos, pro complemento suarum rationum de Baiulatu, et quomodo non habet de bonis communis, imo restat a Comuni recipere; Capta fuit pars, quod idem Dmns Pangratius non impediatur propterea, sed quod vadat ad suum Regimem Castellanarie Coroni, in bona fortuna.

[Presbiter, 19].